

In *Copenhagen* were *Born* 2604, *Buried* 1914, *Married* 701 Pair. Therefore 690 more *Born* than *Buried*.

In *Amsterdam* there *Died* 7119, and were *Married* 2289 Pair.

In *Epperies*, *Born* 203, *Died* 132.

In *Dantzig*, *Born* 2002, *Buried* 1495, and *Married* 537 Pair.

I have but just got the *Acta Breslaviensia*, or else would have sooner sent this.

Adieu, &c.

XI. *Ingens Materiae Purulentæ copia cariem & separationem totius Ossis Mali, &c. inducens, & per triennium ex Ore Pueri defluens, observata à Domino Petro Hardisway, M.D.*

DI E Sexto Mensis Febr. 1724. advocabar ad Pu-
erulum decennem, qui à sex septimanis febre lentâ
decumbebat malè multatus. Præscriptis quæ res postu-
labat remediis, intrà sex vel septem dierum spatiū à
morbo liber evasit: Veràm diebus aliquot elapsis, in-
gens in Genæ dextræ interioribus subortus est Tumor,
puero nihilominùs, quoad cætera benè valente. Ore
ejus ægrè diducto, in conspectum veniebat ingens Puris
quantitas, at unde manaret, præ Pueri proterviâ non li-
cuit pro hâc vice explorare. Ideò consulebam tantùm,
ut sicum in lacte coctam ad tumorem emolliendum, atq;
si fieri posset rumpendum admoverent. Mane sequenti
Os incredibili ferè Puris copiâ, teterimi odoris (tumore
intereâ disrupto) disfluebat. Gargarismate modicè de-
tergente præscripto, circà vesperum Pus pari omnino
quantitate

quantitate atq; priùs depluebat. Mirabar sanè unde hoc provenire posset, cùm Ulcus in Genâ tanto proventui nequaquam sufficere videretur ; suspicabar autem (fœtore præ cæteris suadente) materiæ istius fontem in capite alicubi intrâ ossa latitare : quod cùm paulò diligenter investigarem, ecce *Os Maxillæ superioris ad dextras* carne (quæ quasi semicœta utrinq; recesserat) denudatum prorsus atq; *Carie* correptum, & ex *Dentium Alveolis* (dentes enim puerulus, ceu inutiles, suis nullo negotio jam extraxerat digitis) hoc materiæ purulentæ profluvium jugiter delabi : quapropter Chirurgus è viciniâ advocatus est, cui committebatur negotium. Huic suadebam, ut dum *Ossis* medelæ incumberet, *Ulceris* itidem deterioni & consolidationi operam daret ; verùm quicquid dicerem, nulla quæcunque Genæ suppuratae adhibere voluit medicamina : quo factum est, ut ea iterum in molem ingentein, atq; alterâ (sinistrâ sc.) duplò major citò ex cresceret. Mandibulæ Cariosæ solummodo penicillum tinteturâ quâdam, forsan *Myrrhae*, imbutum applicabat. At longo temporis spatio tandem emenso, cùm parùm suâ tinteturâ proficeret, hamulo admoto, quod temporiùs factum debuerat, *Os Mali* integrum evellebatur. Ab Ossis extractione Gena nequicquam subsidebat, sed potius incrementum sumebat, & materiæ purulentæ copia nullatenus inuebatur. Osse autem abrupto, *Ossis Palati* dimidium cum *Narium Septo* absumptum est ; parte etiam infimâ *Orbitæ oculi* simul abreptâ, ut in Iconibus adjectis clarius ostendere sim conatus. His addendum, quod Tumore *Processui Zygomatico* superstite incumbente, *Gena* mole duplò insignior *sinistrâ* extat, & oculum pœnè claudit, pure quasi ex fonte perenni indefinenter fluente.

Fig. Ima. Facies Ossis externa.

a, a, a, a, a. *Alveoli Dentium.*

D d d

b. Dens

- b. Dens *molaris* remotior.
- c. Pars *Orbitam* oculi faciens.
- d. Pars Ossis ubi abruptum circà *Nasum*.
- e. Pars Ossis ubi *Processus Zygomaticus* terminatur.
- f. Pars Ossis sub *Labium superius*.

Fig. 2da. Forma interior Ossis.

- 1 Pars ad *Nasum* abrupta.
- 3 Pars *Mandibulae* exterior & Dentis *alveolus*.
- 4 Pars Ossis *oculum* attingens.
- 5 Pars *Maxillae* remotior.
- 6 Pars *Naris dextræ, septo* abrupto.
- 7 Dens *Molaris*.

Fig. 3ta. Os resupinatum exhibet.

- D, D, D, D. Pars *Ossis Palati*.
- E, E, E. Alveoli dentium.
- F, F. Pars *Mandibulae* exterior.
- G. Pars *anterior* ejusdem.
- H. Dens *Molaris*.

Fig. 4ta. Facies interior Ossis parùm reclinati.

- A, A, A, A. Pars *Mandibulae*, & *Alveoli* Dentium.
- B. Locus ubi os abruptum circà *Nasum*.
- C. Pars ossis *Oculum* attingens.
- D. *Maxilla pars* remotior.
- E. Dens *Molaris* remotior.
- F. Pars *Ossis Palati*.

G. Pars *Naris dextræ, septo* abrupto, ut in Fig. 2^{da}. N° 5.

Post hæc, idein vir peritisimus per Literas die 24. Decemb. 1727. datas, *Editorem* certiore fecit, “ Tuino-“ rem suprà descriptum in eodem adhuc remanere statu, “ Materiâ Puriformi Os & Fauces prò solito irrigante. “ Puer cætera sanus edit, bibit, dormit, & unà cum “ aliis suæ ætatis quotidiè alacriter ludit.

F I N I S.

ERRATA. No. 399. Pag. 294. lin. 11. leg. *pyri-incis.* Ibid. l. 19. leg. *latifolia*. P. 303, l. 19. leg. *are*. P. 315. l. 23. leg. *Curvientis*. P. 317. l. 11. leg. *cuticula*. P. 314. l. 17. leg. *same*. Ibid. l. 26. leg. *animalis*. — No. 400. P. 351. l. 7. leg. *esajes*. P. 354. l. 9. leg. *horizontal*.

Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 4.

